

De aduentu domini

Ate accepit immortalitatis stolaz: a me accepit hanc pannosam qua iudicatus est tunicam. tuam vestem dimisit: cum mea huc venit Equissime iudex iudica illum meum esse: et mecum damnandum esse. Venit uero poterit ne talis aperire os qui talis inueniet ut in se cum dyabolo deputetur. **Hec Augustinus.** Secundus accusator erit proprius scelus. Peccata enim propria unumquemque accusabunt. Sapientie quarto. Veniet in cogitationem peccatorum suorum timidi. et traducunt illos ex aduerso iniquitates eorum. **Bernardus.** Tunc loquentes si mulieus opera dicent. Tu nos egisti. opera tua sumus. non te deseremus. sed semper tecum erimus et tecum ad iudicium pergemus. multisque et multiplicibus tunc ambo eum accusabunt. Tertius accusator erit totus mundus. **Gregorius.** Si queris quis te accusabit: dico totus mundus. **Offensio enim creatore: offenditur totus mundus.** **Crisostomus.** In illo die nil est quod respiciamus. ubi celum et terra aqua sol et luna dies et noctes et totus mundus stabunt aduersus nos ante dominum nos forniciter accusantes in testimonium peccatorum nostrorum et si omnes tacerent ipse tamen cogitationes nostrorum opera specialiter stabunt aduersum nos. **Sextus est testis infallibilis.** Tres enim testes contra se tunc habebit peccator. Unum supra se scilicet deum qui erit iudex et testis. **Jeremie. xxxi.** Ego sum iudex et testis dicit dominus. Alium intra se scilicet conscientiam. Quisquis futurum iudicem times presentem conscientiam corrige. **Sermo enim cause tue testimonium est conscientie tue.** Tertium iuxta se. scilicet proprium angelum ad custodiam deputatum qui tunc conscius omnium que fecit: contra eum testimonium perhibebit. **Job vicissim.** Reuelabunt celi id est angeli iniquitatem eius. **Septimum est artano vie peccatoris.** De hoc sic dicit **Gregorius.** Quis Auguste erunt tunc vie reprobis. superius erit iudex iratus. inferius horrendus chaos. a dextris

peccata accusantia. a sinistris infinita demonia ad supplicia trahentia. intus conscientia urens. foris mundus ardens. **Uiser peccator sic deprehensus quo fugiet: Latere erit impossibile. apparere intolerabile.**

Octauum est sententia irrevocabilis. Illa enim sententia nunquam poterit reuocari nec ab illa poterit appellari. Triplici enim de causa appellatio in causis iudicialibus non recipitur. Primo propter iudicis excellentiam. unde a rege ferente sententiam appellari in regno suo non potest: quia in regno suo nullum supra se habet. Similiter nec ab imperatore vel a papa appellari potest. Secundo propter criminis evidentiam. quia ubi crimen notorium est: appellari non potest. Tertio propter rem non differendam. quia subita res non recipit dilationem quia forsitan ex dilatione detrimentum pateret. Similiter propter hanc triplicem rationem ab illa sententia non poterit appellari. Primo propter iudicis excellentiam quia iudex ille nullum supra se habet. huiusmodi ipse omnes excedit eternitate. dignitate. et potestate. Unde ab imperatore vel papa aliquo modo appellari posset ad deum. **A deo autem ad nullum licet appellari.** quia supra se nullum habet. Secundo propter criminis evidentiam. Omnia enim crimina et scelera reproborum ibidem nota erunt et manifesta. **Iheronimus.** Ad erit dies illa in qua facta nostra quasi in quadam tabula picta demonstrabuntur. Tertio propter rem non differendam. Nihil enim quod ibi agitur dilationem patitur. sed omnia in momento et in ictu oculi peraguntur.

De nominis interpretatione

Andreas interpretatur deus vel respondens vel virilis. ab andros quod est vir. Vel dicitur Andreas quasi antropos. id est ab ana quod est sursum. et tropos quod est puerio qua